HIERONYMUS
um 836/859 Seite 65r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

nobis uideatur. in singulis breuiter admo
nebimus. qui plangitur. adhuc cura. est ei
a quo plangitur. Unde & samuhel flebat.
atque plangebat sup saul. & apostolus pau
lus. lamentatur & luget sup his qui fornicati
sunt & non egerẽt paenitentiã. & hieremias
lamẽtationes sup euersione hierusalem
quattuor scribit alphabetis. habitat ergo
iuxta litteram tyrus siue sor. in introitu
maris. uel quod prius insula fuit uel quod por
tuosissimo de alto uenientes recipit naues.
& est negotiatio populorũ ad insulas
multas. siue de insulis multis. quod quidem
usque hodie pseuerat. ut omniũ in illa
propẽ modũ gentiũ exercẽantur cõmercia.
coeptam autẽ inter praelationem sequentes.
quidquid de tyro dicitur. Referamus ad
CINOXHN. id est angustias istius mundi qui
in maligno positus est. & uariis perturba
tionib; quasi fluctib; coartatur atque
pcutitur. de huiuscemodi negotiatorib;
& in psalmis mystico sermone narratur.
qui descendunt mare in nauib; facientes